

Urkunden schneller zugänglich zu machen, — die folgenden Bände in mehreren Heften auszugeben, je mit dem Fortschreiten des Druckes? Möge Gott dem Herrn Herausgeber noch lange Kraft und Gesundheit erhalten!

H. Bauer.

3. Drei kirchliche Urkunden für Buchenbach.

Mitgetheilt von H. Bauer.

A. Anno 1413, 30. Sept. Nycolaus Dei et app. sedis gratia Episcopus Senostopolensis, vicarius in pontificalibus generalis Dom. Johannis, Episcopi herbipolensis — Anno MCCCCXIII die proxima post diem Sti. Michaëlis consecravimus duo altaria in ecclesia parochiali Buchenbach, primum altare a dextera in honorem gloriose Virginis Marie, sancte Marie Magdalene, st. Barbarae et Dorotheae; secundum a sinistra consecravimus in honorem sti Albani, sti Erasmi et sanctorum decem milium martyrum nec non sanctarum undecim milium virginum —. Zugleich wird diesen Altären Ablass gewährt — 40 dies indulgentiarum et annum venalium Dantes nostras litteras in testimonium anno et die ut supra. Mit des Bischofs Siegel.

B. 1483, 14. April — hat frater Gregorius, Dei et app. sedis gratia Episcopus nicopolensis, Sacrae Theologiae professor, Dm. Rudolphi Episcopi herbip., orientalis Francie Ducis, vicarius in pontificalibus eingeweiht altare sacristie parochialis ecclesie in Buchenbach — in honorem Sanctorum Andree, Bonifacii, Urbani, Udalrici, Wendelini et quatuordecim coadjutorum — und begabt ihn jetzt mit einem Ablass auf 40 dies indulgentiarum criminalium et 80 venialium.

C. 1490, die conversionis Pauli. Rudolffus Dei gratia Ep. herbip. et Franciae orientalis dux — Cum accepimus —

Ecclesia parochialis in Buchenbach nostrae diöceseos in honore omnipotentis Dei, ejus gloriosissimae virginis Marie, Sanctorum Dionisii cum sociis suis, Albani, Erasmi, Barbare, Dorotheae et Marie Magdalene, martyrum et virginum aliorumque sanctorum omnium fundata — leidet große Mängel an Ausstattung und am Baueisen, zu deren Befriedigung die proprie facultates ecclesiae nicht zureichen . . . Der Bischof verleiht deshalb einen Ablass von 40 Tagen ab injunctis penitentiis etc.

4. Eine Urkunde zur Geschichte von Jagsthausen. 1325.

(Vgl. oben S. 26 f.)

Nos Matthias D. gr. St. Mogunt. sedis Aepisc. strenuos viros Rabenonem et Schrotonem milites et Gozonem filium ejusdem Rabenonis et Rabenonem filium quondam Heroldi, armigeros de Nuenstein in nostros castrenses hereditarios et perpetuos in castro nostra Husen, per nos noviter comparato, acquisivimus in hunc modum — quod castrum et opidum Nuenvels contra quemcunque hominem, nullo penitus excepto, apertae munitiones nobis esse debent perpetuis temporibus, et si quos homines armatos processu temporis ad eadem castrum et oppidum Nuenfels fortassis nos ponere contigerit, hoc sub expensis nostris facere debemus.

Est etiam actum quod predicti nostri castrenses nobis servire cum suis munitionibus et personis contra quemcunque perpetuis temporibus tenebuntur, eorum consanguineis, si eis injuria inferretur a Nobili viro Craftone de Hohenloch, quem Schroto et Rabeno junior ad biennium exceperunt, et nobilibus viris Conrado et Gozone fratribus de Hohenloch, quos Rabeno senior et Gozo filius suus etiam ad VIII. annos exceperunt, duntaxat exceptis.

Contra quos eorum consanguineos quamdiu justitia contentari voluerint, et contra illos de Hohenloch, quamdiu termini duraverint, iidem nostri castrenses cum eorum personis nos juvare nullatenus tenebuntur.